


Ob 12
2869

1896/97 W





INDEX LECTIONUM

IN

LYCEO REGIO HOSIANO BRUNSBURGENSIS

PER HIEMEM

A DIE XV. OCTOBRIS ANNI MDCCCLXXXVI

USQUE AD DIEM XV. MARTII ANNI MDCCCLXXXVII

INSTITUENDARUM.

PRAECEDIT PROF. DR. WILHELMI WEISSBRODT COMMENTATIO:

DE CODICE CREMIFANENSI ET DE FRAGMENTIS EVANGELIORUM VINDOBONENSIBUS
SIG. N. 383 (SALISBURGENSIBUS 400) NORIMBERGENSIBUS N. 27932 COMMENTATIO.
PARTICULA III.

BRUNSBURGAE 1896.

TYPIS HEYNEANIS (G. RIEBENSAHM).





INDEX LECTIONUM

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBURGENSIS

LYCEI REGII HOSIANI H. T. RECTOR

DR. WILHELMUS WEISSBRODT,

PROFESSOR PUBLICUS ORDINARIUS.



1943:202

LYCEI REGII HOSIANI BRUNSBERGENSIS
RECTOR ET SENATUS
CIVIBUS SUIS

S.

De codice Cremifanensi et de fragmentis evangeliorum Vindobonensibus
sig. N. 383 (Salisburgensibus 400) Norimbergensibus N. 27932 commentatio.
Particula III.

De codice Cremifanensi vel ideo bene existimabimus, quod quibusdam locis magis quam aliquot libri cum Amiatino Ceolfridi et cum Graeca, ut S. Hieronymi verba in meum usum convertam, consentit veritate. *) Est etiam, ubi Amiatino eum praeferas. Non premendum esse veritatis vocabulum, sed hic illic latinum aliquem textum fide esse digniorem, quam graecum, neque nos ignoramus, neque ignorabat S. Hieronymus. Cremifanensi autem peculiare est iisque libris qui aut ab eo pendent aut ab eodem, quo is, libro, quod non solum interdum, ubi laudandum, graecum textum fidelius quam Amiatinus reddunt, sed nonnunquam graecitati manifesto posthabent latinitatem. C littera significavi Cremifanensem, A Amiatinum ed. Tischendorf 1850, V nostram Vulgatam (Lips. 1884, Ratisb. 1883), T Novum Testamentum graece rec. Tischendorf ed. VIII. crit. mai.

Ut a collocatione verborum initium faciam, consentiant CAT:

Matth. cap. I 20 *in somnis apparuit ei* C; *in somnis paruit ei* A; καὶ ὄναρ ἐγένη αὐτῶ; *apparuit in somnis ei* V. Sed II 19 consentiunt VT; pariter ab iis recedunt CA.

IV 4 *in pane solo* CAT; *in solo pane* V. Item apud Luc. in eadem narratione Deuteronomii loco cap. VIII 3, quem Dominus affert, secundum hebraicae linguae leges *pane* praecedit, item in LXX interpretum versione; cf. Blanchinum II 409; sed haec, ut graecus textus Novi Testamenti, habet adiectivum; adverbium hebraicus Deut.; cum igitur Germanensis Matthaei (*Old-latin biblical texts* D) adverbium adhibeat *non in pane tantum*, suspicari licet, eius auctorem non tam ad graecum Novi Testamenti textum respexisse, quam ad aliquem

*) In evangelistas ad Damasum praefatio.

fontem, qui ex hebraico Veteris manavisset. Evangeliorum codices latini multi graecum verborum ordinem servaverunt, velut Rehdigeranus et Treverensis Aureus Matth. et Luc., Dresdensis A 63 Luc. Sed Amiatinus sibi non constat, nam Deut. VIII 3, si Heyse et Tischendorf recte exceperunt, *in solo pane* cum Vulgata habet. Cuiusmodi variationes, ut per se levissimi momenti sunt, ita non sunt praetermittendae, cum de singulorum librorum origine quaeritur. Quid quod ex Hieronymianis Erlangensis 525—26 idem illud *non in pane tantum* praestat Matth. IV 4, *non in pane solo* Luc. Quodsi Hieronymiano nomen ei damus, hoc ad universam potius indolem pertinet, quam ad unumquemque locum. Velut Matth. I 16 conspirat cum vetustissimis: *Ioseph, cui dispensata virgo Maria genuit Iesum, qui dicitur Christus*. Quapropter etiam Matth. IV 4 vix ad librarii oscitantiam vel arbitrium referre ausim.

- 9 *haec tibi omnia dabo* CAT, *haec omnia tibi dabo* V cum quibusdam antehieron.
V 16 *vestra bona opera* CA, *ὑμῶν τὰ κατὰ ἔργα, opera vestra bona* V.
VI 22 *si fuerit oculus tuus simplex* CAT; *si oculus tuus fuerit simplex* V.
23 *nequam fuerit*; V *fuerit nequam*; *πὸνηρὸς ἦ*; cum CA complures.
VII 17 et 18 C *fructos malos, 18 fructos bonos*; de declinatione infra videbimus; collocatio eadem est in CAT, V adiectivum praemittit.
VIII 30 *porcorum multorum*; V invertit, servat illum ordinem Luc. VIII 32.
IX 28 *possum hoc* CAT aptissime, V *inv.*; item 35 *civitates omnes* CAT, *inv.* V.
X 13 *ad vos revertetur, V rev. ad vos*. Ubi nullam litteram apposui, scito Amiatini, Cremifanensis, textus graeci Tischendorfiani consensum indicari.
34 *venerim mittere pacem, V p. v. m.,* fortasse propter Luc. XII *pacem veni dare*.
XII 1 *sabbato per sata*; V *per sata sabbato. 14 eum perderent*; V *p. e.*
XIV 28 *me venire ad te*; V *me ad te venire*. Latini fere omnes contra V stant.
XV 34 *quot panes habetis, V quot habetis panes*. Eadem Marc. VII 2 recte cum CAT.
XVIII 18 *erunt ligata*; V *ligata erunt*. Eadem Matth. XVI 19 cum CAT: *erit ligatum*.
XX 4 *et illis dixit*; V *et dixit illis*. Quae respexisse videtur ad vv. 6 et 7.
XXII 13 *pedibus eius et manibus, T αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας*; cum CA consentiunt Germanensis (cf. *Old-latin biblical texts ed. Wordsworth I*), Rehdigeranus, Fuldensis, alii multi; ex antiquissimis etiam ii, qui non habent *ligatis*, sed *tollite illum*, priore loco dant *pedibus*; hoc *tollite illum pedibus et manibus* legitur in Monacensi (*Old-latin texts III*), Vercellensi, Veronensi, Vindobonensi 1185 (*Evangelium Palatinum ineditum ed. Tischendorf*); idem est ordo verborum, quamquam reliqua dictio paullum discrepat, in Corbeiensi et Brixiano (Blanchini). Ex Hieronymianis addas iis quos iam citavi Dresdensem A 63, Erlangensem 525—26, Vindobonensem 1024, Treverensem, quem nuper emi, *Imperialis monasterii S. Maximini* saeculi noni exeuntis vel ineuntis si quid video decimi, de quo infra disseram. V: *manibus et pedibus eius*.
XXV 20 *mihi tradidisti*; V ordinem verborum mutat. Idem notandum de omnibus locis, quorum lectionem iam exhibebo. Vindob. accipe: N 1024, Pal.: illum 1185.
XXVII 6 *mittere eos, 43 et 54 Dei filius, 57 sero autem*. De 54 confer Tischend. adnot.

- Marc. cap. I 10** *apertos caelos; 19 ipsos in navi componentes retia, V ipsos componentes retia in navi.* — Item CAT 34 *loqui ea, 45 in civitatem introire, V invertit.*
- II 10 *potestatem habet filius hominis; V aptius filius hominis habet potestatem . . . dimittendi peccata.* Similis discrepantia Luc. V 24 in eadem narratione.
- IV 22 *non enim est; V non est enim.* De quo genere infra plura exponentur.
- V 5 *nocte ac die CAT, Rehdigeranus, Fuldensis, Treverensis meus, Dresdensis, Vindobon. 1024, Erlangensis, alii. V die ac nocte.* Vindobonensis Palatinus habet *nocte autem et die*, ut Monacensis 6224, Veronensis. Notum est Romanos saepius *die ac nocte* dixisse. V nonnunquam consuetudinem sequitur.
- 9 CAT *nomen mihi; V mihi nomen.* Item contra V habent CAT 30 *cognoscens in semet ipso, 40 ubi erat puella iacens. V ubi puella erat iacens.*
- VI 4 *et in cognatione sua et in domo sua; V et in domo sua* priore loco. 31 *manducandi spatium; 34 docere eos multa CT, illos Δ, illos docere multa V, 37 ducentis, 50 eum viderunt.* Locum Monacensis, Vercellensis, Veronensis non habent.
- VII 21 *cogitationes malae, 25 cuius habebat filia, ubi V simplicius cuius filia habebat; 28 c. sub mensa comedunt.* Sic fere omnes contra V, quae dat: *catelli com. s. m.*
- VIII 1 *illis diebus, 12 quaerit signum, 14 sumere panes, 25 videret clare, 29 dicitis esse, 31 multa pati, 38 mea verba.* Septem his locis cum CAT etiam Vindob. 4 *Unde istos poterit quis CA, τοῦτους δυνήσεται τις, V unde illos quis poterit.*
- IX 2 *fullo super terram non potest CAT, f. non p. s. t. V, haud simpliciter.*
- X 29 *matrem aut patrem CA, Treverensis S. Maximini, alii cum T praestantioribus, invertunt alii T et V; patrem praeponere iuris potius est quam naturae; cum CAT faciunt Monacensis ille antehieronymianus et Brixianus; patrem omittunt Bobiensis (Old texts II), Vercellensis Blanch., alii apud Sabaterium atque adeo Erlangensis 525–26, in quo multa venerandae antiquitatis vestigia insunt.*
- 47 *fili David Iesus CAT; Iesu fili David V.* Vide ne reverentia transpositionis causa fuerit. Antehieronymiani variant. Sed Luc. XVIII omnes: *I. f. D.*
- XII 42 *una vidua. V vidua una. μία χήρα; opponuntur 41 multi; Luc. τινά, quandam.*
- XIV 30 *bis gallus vocem, V gallus vocem bis.* De differentia codicum cf. Tischend.
- 54 *sedebat et calefaciebat se ad ignem, V sedebat ad ignem et calefaciebat se.*
- 62 *a dextris sedentem virtutis, V sedentem a dexteris virtutis, quae addit Dei.*
- XV 39 *homo hic CA, T quidam; V hic homo.* Cum V Mon., contra Hieron. multos.
- Luc. cap. I 10** *multitudo erat populi orans CA; latine dictio non incedit, sed accommodata est textui graeco: τὸ πλῆθος ἦν τοῖ λαοῦ προσευχόμενον; quapropter V multitudo populi erat.* Sed loco qui huic similis esse videtur, infra cap.
- V 17 *ubi virtus Domini erat ad sanandum eos VT, nulla graecorum codicum variatione a Tischend. allata, CA artificiose magis quam eleganter: virtus erat Domini.* Si vero Monacensem, Veronensem, Brixianum, Vercellensem, Palatinum antehieronymianos evolvis, vides Cremifanensis et Amiatini lectionem confirmari; confirmatur etiam postea Treverensi Aureo, S. Maximini, Dresdensi A 63, Vindobonensi 1024, Erlangensi 525–26; ideo ex antiquioribus fontibus graecis, qui hodie latent, manaverit necesse est. Similiter *prophetae Esaiæ* IV 17 CA Erl. Vind., S. Maxim. contra TV, una cum Vere. Veron. Palat. Profecto Hieronymiana et antehieronymiana tam saepe mixta sunt, ut qui ea

semper distingui posse negaverit, is temeritatis reprehensionem vix incurrat. Sed redeamus ad eorum testimonium, quos supra in collocatione verborum contra V citavimus, CAT dico, consensum. VII 21 *curavit multos* CAT cum praestantioribus libris, *multos curavit* V. 22 *vidistis et audistis* CAT, S. Max., Dresd., Vindob. 1024 etcet., *audistis et vidistis* V. Eadem prae auditu visus praerogativa in antehieronymianis Monacensi, Vercellensi, Veronensi, Brixiano, quibusdam apud Sabaterium, et in Palatino, nisi quod hic ampliavit orationem: *quae viderunt oculi vestri et audierunt aures vestrae*. Illa dictio CAT sensui communi magis arridet. VIII 2 *daemonia septem*. 17 *non enim est*; V *non est enim*. 42 *filia unica*. IX 9 *audio ego talia* CA, ἀκούω ταῦτα, *ego talia audio* V. 19 *propheta unus*. προφήτης τις. V *unus propheta*. 37 *timore magno*. 45 *interrogare eum*, CA, T praestantiores; *eum interrogare* V et graeci quidam, de quibus rettulit Tischend. XI 9 *ego vobis dico*. V *ego dico vobis*. 18 *ei cere me*; V *me eicere*. XIV 12 *et ipsi te reinventent*. V *te et ipsi*. XVI 28 *locum hunc*. V *hunc locum*. Cum CAT scribunt Veronensis, Brixianus Treverensis meus, alii. XVIII 33 *die tertia*; V *tertia die*; constat sibi Matth. XX 19 Marc. X 34, ubi CAT non dissentiunt; sed idem mendum, si vocabulo uti licet, occurrit in Vercellensi hoc loco. XIX 2 *erat princeps publicanorum*. V. *pr. e. p.* sine causa. 17 *in modico fidelis fuisti*, V. *in m. fuisti f.* XX 21 *in veritate viam Dei*; V *viam Dei in veritate*. 41 *filium David esse*, V *filium esse David*. XXI 5 *lapidibus bonis*; V *invertit sine causa*. Item XXII 12 *vobis ostendet*; V *invertit dirimitque verbum ab accusativo coenaculum*.

Ioh. II 13 CAT *Iesus in fine versus*; V *post ascendit*. III 21 *eius opera*. 24 *in carcerem Iohannes*. V 6 *multum iam tempus*; V *iam multum tempus*. 9 *in illo die*. 22 *iudicium omne*. 26 *vitam habere*. 35 *exultare ad horam*. 36 *me misit* με ἀπέσταλκεν. 44 *potestis vos*. 47 *meis verbis*. VI 11 *panes Iesus*. 27 *vobis dabit*. 31 *manna manducaverunt*. 33 *descendit de coelo*. VII 12 *de eo erat in turba* CA; libri graeci dissentiunt inter se; V *erat in turba de eo*. 34 *ubi sum ego*. V *ubi ego sum*. 41 *Christus venit*. 48 *numquid aliquis ex principibus*; V *ex principibus aliquis*. 52 *propheta a Galilaea*. VIII 26 *qui misit me* ὁ πέμψας με. 36 *filii vos*. 47 *est ex Deo*. IX 15 *posuit mihi*. 32 *aperuit quis*. X 38 *in me est Pater*; V *Pater in me est*. XI 9 *duodecim horae sunt CAT*; *sunt horae* V cum inferioribus graecis. 14 *dixit eis Iesus manifeste*; V *primo loco Iesus*. 39 *enim est*. XII 1 *fuera Lazarus*. 3 *capillis suis pedes eius*; V *pedes eius capillis suis*. 35 *tenebrae vos*. XIII 35 *mei discipuli CAT* melius, quam V *discipuli mei*. XIV 22 *nobis manifestaturus es*; V *manifestaturus es nobis*. XVI 11 *mundi huius*, τοῦ κόσμου τούτου; V *huius mundi*. Pronomen latinum substantivo praemissum interdum simplicem articulum graecum reddit. XVII 21 *ut mundus credat*; V *credat mundus* nulla auctoritate niti videtur. XVIII 7 *eos interrogavit*. 11 *abscedit eius auriculam*. V *auriculam eius*. 34 *tibi dixerunt de me*; V *elegantius dixerunt tibi de me*. 37 *meam vocem*. XIX 5 *spineam coronam*. 11 *qui tradidit me*, παραδιδούς με, V *qui me tradidit*. Confer quae supra relata sunt de cap. V 36 et VIII 26; Vulgata rationem habet latini sermonis in participio vertendo; in verbo finito habuisset, nisi membra aequabiliter cadere voluisset: *testimonium perhibent de me, quia Pater misit me*; cf. XII 44 *non credit in me, sed in eum, qui misit me*, πέμψαντά με, ubi non variant CAT. 20 *multi legerunt Iudaeorum*; V *multi Iudaeorum legerunt*. XX 10 *ad semetipsos discipuli*. V *discipuli primo loco*. 19 *cum esset ergo sero*; V *quum ergo sero esset*.

Nonnunquam Cremifanensis contra Amiatinum et Vulgatam graeci textus consecutionem verborum exprimit, quam illi neglegunt, velut Luc. VIII 51 et IX 28 *Petrum et Iohannem et Iacobum*; AV: *Petrum et Iacobum et Iohannem*; cum CT Iohannem altero loco habent antehieronymiani complures, Monacensis, Vercellensis, Veronensis, Brixianus, Palatinus Tischend., Hieronymiani aliquot, velut

Treverensis meus, Erlangensis, Vindobonensis 1024. Sed A V. iisque similes videntur textum conformasse ad Marc. V 37, IX 1, XIV 33.

Matth. VII 22 *in tuo nomine daemonia . . . in tuo nomine virtutes*; A V utroque loco *in nomine tuo*. IX 2 *in lecto iacentem* CT; inv. A V. XIX 13 *ex quacunque causa*; A V *quacunque ex causa*. XXIV 44 *qua hora nescitis*; A V *qua nescitis hora*. XXVII 46 *me dereliquisti*; aptius A V *dereliquisti me*.

Marc. XI 23 *monti huic*; A V *huic monti*. XIII 11 *datum fuerit vobis*, δοθῆναι ὑμῖν, V A *datum vobis fuerit*.

Luc. XXI 9 *oportet enim haec primum*; A V *oportet primum haec*, omisso enim, γὰρ. XXIII 9 *nihil respondebat illi*; A V *nihil illi respondebat*. XXIV 20 *tradiderunt eum*; A V inv.

Ioh. III 13 *de coelo descendit*; A V *descendit de coelo*, ut adaequetur haec pars enuntiati verbis quae sequuntur *Filius hominis, qui est in coelo*. XIII 14 *vestros pedes*, A V *invertunt*, ut evidentius illi *vestros* opponantur verba *Dominus et Magister*. XVII 3 *te solum verum Deum*, σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεόν, A V *te solum Deum verum*.

Aequitas quidem exigere videtur, ut eos quoque locos enumeremus, quibus aut in Vulgata et Amiatino, aut in alterutro horum librorum consecutio graecae respondeat, non respondeat in Cremonensi. Sed sufficiat meminisse, extare talis diversitatis exempla nonnulla; nam illum continere versionem omnibus numeris perfectam, nusquam interpolatam, non contendi; satis habebam demonstravisse, aliqua ex parte cum aut una cum Amiatino praestare aliis multis, aut ipsi Amiatino; denique nisi eos superet, tamen ita discrepare, ut inde aliquid utilitatis ad historiam versionum latinarum redundet. Quae genera iam singillatim persequar.

Cum Amiatino communia praeter alia habet haec:

Matth. II 1. *Bethlem Iudae*; de orthographica quaestione suo loco disseram; τῆς Ἰουδαίας; V: *Iudae*. Hieronymus: *putamus ab evangelista primum editum, ut in ipso hebraico legimus*, Iudae, non Iudaeae; nimirum loquitur de Michaea; confer *Old-latin texts III p. XXVII*; nostri libri fere omnes: Iudaeae. 6 *dux, qui reget* CA, ποιμαίνει; V *regat*. De illa lectione cf. Blanchinium II p. 623, ubi ex antehieronymianis solus Corbeiensis ei suffragatur; de patrum ecclesiae, qui in duas partes discedunt, testimoniis videsis Sabaterium III p. 10. His autem codicibus addas Monacensem *Old-latin texts III*, ubi legitur *regat*; Hieronymianis vero, qui *reget* testantur, Treverensem S. Maximini. Ipsum Michaeam Amiatinus vertit: *qui sit dominator in Israel*. V 24 *vade prius, reconciliare* CA, διαλλάγηθαι, V *reconciliari*, quod ex antiquis unus Corbeiensis tueri videtur; Treverensis meus manum correctoris expertus est, qui e in i mutavit. 46 *Si enim diligatis* CA, εἰν γὰρ ἀγαπήσητε, V *diligitis*; cum illis Corbeiensis et Brixianus, ex Hieronymianis Fuld.; cum V ex antehieronymianis Germanensis, Vercell., Veron., e recentioribus multi, velut Dresd. et quem modo nominavi Trev. Max.; quia Luc. VI 33 indicativus obtinet εἰ ἀγαπᾶτε, potest ut quod ibi dabatur *diligitis*, olim ex Matth. subiunctivum eiecerit. VI 6 *clauso ostio tuo* CA T; V omitit *tuo* propter praecedens *cubiculum tuum*. VII 13 CA T *spatiosa via*, 14 *arta via*, V utrobique addit *est*. VIII 17 ante *portavit* V ex priore enuntiati parte repetit *nostras, quod* CA T *non habent*. 26 et 29 *Jesus* et *Iesu* in CA T non est, est in V; item 31 *hinc*. XI 30 *suave est . . . leve est* CA; T *χρησιός . . . εὐλαφρόν ἐστιν*; V verbum *est* ad priorem sententiae partem refert, desinit in *levi*. XIII 4 et Marc. IV 4 *volucres* CA, maxima pars T; V et quidam T addunt *coeli*. 23 *centum . . . sexaginta . . . triginta* CA T, V *centesimum* etcet. 30 *alligata ea fasciculos* CA, *in fasciculos* V, T *εἰς δεσμάς*, sed „Manich. ap. Epiph. (ex ev. Hebr.?) . . . δεσμάς“, sine εἰς in Tischendorffii adnotatione. Nudus accusativus nostro

sensui repugnat; habent eum German., Monac., Verc., Veron., Brix., ex recentioribus Fuld., Treverensis Aureus, Rehdigeranus. Non sine dexteritate Palatinus: *facite manipulos.*

Memorabilis autem est imprimis locus Ioh. XVI 9 οὐδὲ μνημονεύετε τοὺς πέντε ἄρτους τῶν πεντακισχιλίων; C *neque recordamini quinque panes quinque milia hominum*; cave negligentiae scriptorem arguas, cui *milia* est indeclinabile et hic genetivi vice fungitur. Eadem enim ratione A et Rhed., nisi quod *panum* scribunt; item Germanensis *neque meministis quinque panum quinque milia hominum*. Corbeiensis quoque vitat genetivum *milium*: *neque in mente habetis de quinque panibus et quinque millia hominum?* Monacensis clarius: *neque meministis quinque panes et quinque milia hominum*, quod repetunt recentiorum nonnulli. Sed v. 10 C cum A et Rhed. *neque septem panum quattuor milia hominum*; V iterum *panum in etc.* XIX 4 *fecit ab initio* C A T, *hominem inserit* V, recte iam antehieronymiani Monac. German. Verc. Veron. Brix., Hieronymiani fere omnes. 20 V et graeci minus boni: *custodivi a iuventute mea*, unum *custodivi* C A T et optimi hieronymiani; antehieronymiani dividuntur. XXI 4 *hoc autem totum* V, C A T *totum* omittunt. 41 *vineam* C A T, *suam* addit V. XXII 30 *sunt sicut angeli* C A T; *erunt* V, addit *Dei*, secuta antiquissimorum nonnullos. XXVI 10 *muli-ri* C A T, *huic m.* V; iidem 36 *discipulis*, V addit *suis*. 64 *a dextris virtutis*, V addit *Dei*; ignorant Treverensis meus, Rhed., alii cum antiquissimis.

Marc. I 24 et Luc. IV 34 apparet, quomodo accuratio textus graeci reddendi cum studio latine scribendi pugnaverit. Illic T οἴδαμέν σε τίς εἶ, hic οἴδά σε τίς εἶ; versiones, ut singularis et pluralis graeci differentiam omittam, de pronomine item ac de indicatio et subiunctivo dissentiunt sic:

Marc. I 24	Monac.	<i>scio te qui es.</i>	Luc. IV 34	idem liber	<i>scio te qui es.</i>
	Veron. Brix.	<i>scio te qui sis.</i>		iidem	<i>scio te qui sis.</i>
	Palat.	<i>scio te qui sis.</i>		idem	<i>scio te qui es.</i>
	Erlang.	<i>scio qui sis.</i>		idem	<i>scio te quis es.</i>
	Rehdig.	<i>scio qui sis.</i>		idem	<i>scio te qui sis.</i>
	C A, Vind.	<i>scio quis es.</i>		iidem	<i>scio te qui sis.</i>
	Treverenses	<i>scio qui sis.</i>		iidem	<i>scio te qui sis.</i>
	Vulgata	<i>scio qui sis.</i>		eadem	<i>scio te quis sis.</i>

In Palatino Marci *te* minoribus litteris supra versum additum est.

IV 6 διὰ τὸ μὴ ἔχειν ῥίζαν; *eo quod non haberet radicem exaruit* C A; V *habebat*. Treverensis meus: *haberit*; corrector, qui nesciebat *e* et *i* saepe confundi, supra scripsit *u*; Palatinus: *propterea quod non haberent radicem aruerunt*; cum C A ex antiquioribus Brixianus, e recentioribus Treverensis Aureus, Vindobonensis, Dresdensis; cum V Rehdigeranus. *Quoniam* vel *quia* cum indicativo coniunctum habent alii, partim antiquiores partim recentiores. In epigraphicis monumentis coniunctioni *quod* subiunctivum tribuere usitatissimi moris fuit, imprimis in iis, quae non publicum aliquod dicendi genus usurpaverunt. V 23 *inpone manus super eam* C A T, *manum* V. Pluralem multi utriusque aetatis libri dant, *manum* iam Brixianus. Liberrime Palatinus: *tange eam*. VII 39 *deprecantur* C A T, *deprecabantur* V. Cum sequantur verba *eum ut imponat illi manum*, V haud bene habet. Monacensis, Rhed., Treverensis meus, alii cum C A, cum V Treverensis Aureus, alii; Veronensis *deprecabantur eum, ut imponeret*. VIII 13 *ascendens iterum abiit* C A T, *ascendit iterum navim et abiit* V, accusativum multi cum antiquiores tum recentiores addunt. XIV 2 *ne forte tumultus fieret populi* C A T, fragm. Pragense etcet., *in populo* V; cum illis etiam antiquissimorum maxima pars; Brixianus *in populo*. 20 *intingit mecum* C A T; *manum* addunt V, T inferiores, Mon. Verc. Brix.

Luc. III 18 εὐηγγελίζετο τὸν λαόν, *evangelizabet populum* C, A, Vindobon., *populo* Vulg., Rehdigeranus *populum*, a correctore o superscripta. Accusativum Monacensis antiquissimus et Veronensis habent. Palatinus: *bene nuntiabat ad populum*. IV 18 εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς; omnes nisi qui me fugerunt tertio casu utuntur: *evangelizare pauperibus (humilibus Verc.)*; latine iterum Palatinus: *bene nuntiare pauperibus*. Ceteris quoque locis graecum verbum latina terminatione ornatum regit dandi casum, velut Act. VIII 40 *civitatibus*, et in epp. Paulinis in Amiatino Claromontano, Duesseldorpiensi, Trev. meo. Passive autem personaliter *pauperes evangelizantur* Luc. VII 22, πτωχοὶ εὐαγγελίζονται; Palat.: *egenis bene nuntiatur*; sed *mortuis evangelizatum est, νεκροῖς εὐηγγελίσθη* I Pet. IV 6. IV 1 *agebatur in spiritu* CA cum multis, ἐν τῷ πνεύματι, sed cum V *a spiritu* iam Verc.; *ferebatur a spiritu*. 5 *in montem excelsum* non est in CA, plerisque T, est in V et inferioribus T. Iam Palatinus: *inposuit illum secundo supra montem*; Monacensis item ac V; Verc. etiam in 5: *adduxit eum Hierusalem et statuit eum supra pinnam templi*, quod in v. 9 repetit; Veron. cum CA facit; absunt ea verba de quibus agitur item a Treverensibus Aureo et meo, a Vindobonensi 1024, a Dresdensi, ab Erlangensi. Potest ut Vulgatae iisque ad quos redit libris perantiquum interpretamentum subsit. 18 *sanare contritos corde* V; non est in CA et T praestantioribus, in Palatino, Verc., Veron., Monac, Rehd, Fuld, Trev. Aureo et meo etcet, est in Brixiano, aliis. V 7 *ut mergerentur* CAT, paene inserit V. Sic iam Palatinus, reliqui antehieronymiani non habere videntur, neque habent Hieronymiani qui ad manus sunt. Interpres vetus evangelistae verba temperare vel restringere voluit. 24 *potestatem habet . . . dimittere* CA, ἐξουσίαν ἔχει ἀφιέναι, V *dimittendi*. Veteres dissentiunt inter se: *dimittere* Palat., *dimittere* Veron, sed gerundium latina dictione posci iam Verc. et Monac. censuerunt; uterque *remittendi*; *dimittendi* cum V Brixianus: cum CA scribunt Hieronymianorum permulti. Sed in eadem narratione ac graeca dictione vertenda apud Matth. IX 6 unus Vercellensis *remittere*; reliqui omnes *dimittendi* vel *demittendi* vel *remittendi*; apud Marc. II 3 Erlangensis *dimittere*; reliqui, sive antehieronymiani sive Hieronymiani, gerundium adhibent cum Vulgata, quam id Matth. IX 6 habere per se intellegitur. 25 *tulit in quo iacebat* CAT; V *tulit lectum in quo iacebat*; sic iam Veron.; Verc. *grabattum suum in quo iacebat*; cum CA Brix. Mon., recentiorum multi; Vere et V ex Marc. II 12 et Matth. IX 9 suppleverunt Lucam. 32 *vocare peccatores in poenitentiam* CA, antiqui fere omnes, recentiorum multi; *ad p. V*; εἰς μετένοian. VI 26 *omnes homines* CA, T litri plurimi; *omnes* om. V — 39 *cadent* CA, ἐμπεσοῦνται, V. *cadunt*. Proverbiorum consuetudo praesens tempus praefert, quod cum V praestant Pal. Foroiul. Rehd. alii; Vind. manum correctoris expertus esse videtur, nam quod nuper legere mihi visus sum *cadunt*, nisi fallor provenit ex *cadent*, quae est scriptura Monacensis, Veronensis, Brixiani, fragmenti Perusini apud Blanch.; rectissime omnium *incident* Vercellensis. VII 13 *miser cordia motus super ea* CA Vindobon., Erlang, Treverensis Aureus, ἐπ' αὐτῆ; V *super eam* cum Veron., Mon., Pal., Dresd., Treverensi meo, aliis. VIII 1 *per civitatem et castellum* CAT, fragmentum Norimbergense, Trev. Aur., Max., Dresd.; multitudine utitur V cum maxima parte antehieronymianorum et Rehd.; hos interpretes vis collectiva illorum vocabulorum fugit. 18 *videte quomodo auditis* CA, πῶς ἀκούετε; *audiat* V cum Verc. Veron. Mon. latine; graece verbum indicativo efferunt plurimi Hieronymianorum. IX 29 *albus refulgens* CA, T multi libri, et interiicit V. 32 *qui cum illo* CA, alii multi; οἱ σὺν αὐτῷ; *erant* addit V recte. 47 *apprehendens puerum statuit eum* CAT cum plurimis; V *apprehendit puerum et statuit eum*; sic iam solvit Palat.; miscet Max.: *adprehendens puerum et statuit eum*. XI 20 *pervenit in vos regnum Dei* V; ἐφθασεν ἐφ' ὑμᾶς; *praevenit vos* C; *praevenit in vos* A, Monac., Veron., Brix., Trev. Aureus et S. Maximini meus; Verc. Pal. deficient; sed Foroiuliensis et Rehdigeranus iam cum V *pervenit*. 24 *perambulat per loca* CA, Vind., Erlang., Treverenses, Rehd.; διέρχεται δι' ἀνδρῶν τόπων.

Ex antiquissimis Mon.; Verc. et Palat. deficiunt; sed *perambulare per* latine dici nequit; itaque simplex *ambulat* scribit V cum Veron., Brix., aliis. 26 *assumit spiritos nequiores se* C et A, qui tamen illud recte declinat; V contra T addit *secum* post *spiritus*, quemadmodum addiderat Rehdigeranus. 48 *testificamini et consentitis* C A T, quod pro et V. XII 31 C A *quaerite regnum Dei, αὐτοῦ* pro *Dei* T; cum CA legunt Mon. Palat. Veron. Brix. Mon. Erl. Treverenses, Dresdensis, alii; *eius* pro *Dei* Verc. ut T; *quaerite primum regnum Dei et justitiam eius* V. XVI 21 *et nemo illi dabat* V, abest a C A T; de quibusdam graecis, qui sumpserunt ex Luc. XV 16, cf. Tischend; ex latinis nominetur Rehd.; alii, qui habeant, non praesto sunt. XVII 3 *peccaverit in te frater tuus* V cum quibusdam graecis et Palat., Mon.; *in te* abest a C A Vind. Erl. Rehd. Treverensibus, Verc. Veron. Brix.; item a T. 6 *ἐλέγετε ἄν . . . ὑπήκουσεν ἄν. diceretis . . . oboediret* C Vind Erl., Treverensis meus, Dresd., ex antiquissimorum numero Brix; *diceretis . . . obaudisset* Mon. Veron.; *dicitis . . . exaudiet* Pal.; *dicitis . . . oboediet* Rehd.; *dicitis . . . obediet* V; *dicitis . . . oboediret* si recte enotavi Aureus Treverensis. 20 *respondit eis et dixit* C A et cet.; *respondens eis dixit* V. XIX 26 *et abundabit* V, abest a C A, T, et latinis cum antehieronymianis tum Hieronymianis qui ad manum sunt. XXI 21 *fugiant in montes* C A cum rec. multis, Pal. Mon., *εἰς τὰ ὄρη, ad montes* V. XXIII 5 *et incipiens* C A T, et om. V cum inferioribus graecis. 8 *erat cupiens videre eum eo quod audiret* C A, *ἦν γὰρ θέλων . . . ἰδεῖν αὐτὸν διὰ τὸ ἀκοίειν;* V *audierat*; de coniunctione causali subiunctivum regente, ubi e nostratum sensu indicativum scriberes, dixi ad Marc. IV 6 supra pag. 8. Subiunctivum habent Verc., Veron., Brix, neque aliud quidquam indicant Palatinus *audirit*, siquidem vocales *e* et *i* sexcenties confunduntur, et Monacensis *audieret*. Ex Hieronymianis Vindob., Foroiul., Rehd., Dresdensis, Fuldensis, S. Maximini Treverensis, alii; Cantabrigiensis apud Sabaterium *propter quod audiret*. XXIV 11 C A *non credebant, ἠπίστων;* V *non crediderunt*. Sed imperfectum tenent non solum Pal. Verc. Veron. Brix. (Monac. deficit) verum etiam recentiores aliquot, velut Foroiul., Vindob., Rehd, Erlang, Treverensis Aureus, S. Maximini, alii, quos vide apud Sabaterium.

Ioh. III 5 *Spiritu* C A T, *sancto* subiungit V interpretationis causa cum recentioribus quibusdam; antiquissimi, sive antehieronymiani sive Hieronymiani cum C A T legunt. 18 *non credidit in nomine* C A, *μη̄ πεπίστευκεν, non credit* V. Quamquam vero optimum quemque ex utriusque aetatis libris latinis, excepto Monacensi, perfectum habere videmus, tamen V ab universa enuntiatii structura defenditur: *ὁ πιστεύων οὐ κρίνεται, ὁ δὲ μη̄ πιστεύων ἤδη κέκριται, ὅτι μη̄ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα . . .* Quapropter prudentissime Pal. *qui credit, non iudicatur; qui autem non crediderit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine . . .* Plerumque cum V Monacensis: *qui credit . . . non iudicabitur* (praesens V); *qui autem non credit, iam iudicatus est, quoniam (quia V) non credit in nomine.* IV 41 *crediderunt* C A cum *potioribus* T, quidam *εἰς αὐτὸν* (cf. Tischend.), cum iis V et Brixianus addunt *in eum*; Pal., Mon., Verc., Veron., ut antiquiores tantum nominem, idem dant, quod C A.

V 2 *Ἔστιν δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα.* Interpretaberis sic: *Hierosolymis super vel ad eam aquam, quae ab ovibus, τὰ πρόβατα, et adiectivo προβατικός, oviarius vel pecualis, nomen accepit probatica, est (altera) aqua, in qua homines natant vel immerguntur, graece κολυμβήθρα, a κολυμβάω, nato vel immergor, latine natatoria, liberius piscina.* Sed iam ante Hieronymi tempora librarii quidam graeci ex duabus aquis unam fecerant: *ἔστιν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις προβατικὴ κολυμβήθρα,* eiecta praepositione ἐπὶ cum articulo τῇ et mutato dativo in nominativum: *est Hierosolymis probatica piscina* (zu Ierusalem ist ein Schafteich;) sic V, Foroiuliensis, Treverensis S. Maximini. Pro *piscina* Palatinus rectius: *est Hierosolymis probatica natatoria.* Rehdigeranus omittit *probatica*, dat: *est Hierosolymis natatoria.* Sed C, A, Brix., Fuld, Trev. Aureus, Erlang,

alii contra Vulgatam integrum textum graecum exprimunt: *est autem Hierosolymis super probatica* (ablat) *piscina* (nominat.); ἐπὶ vertunt *super*. Monacensis: *est autem in Hierosclymis in probatica piscina* dubitationem movet, utrum interpres verba evangelistae non intellexerit, an quorundam librorum ἐν (pro ἐπὶ) reddiderit. Nobis haec variatio persuadet, etiam post Hieronymum eos, qui in universum eius versionem sequebantur, ad graecum textum, ubi illa non satisfacere videbatur, rediisse. VI 41 *ego sum panis vivus* V, abest *vivus* a CAT et a ceteris Hieronymianis cum antehieronymianis, quos supra citavi; est in praefatione Fuldensis: *de murmuratione Iudaeorum eo quod Ihesus ait: ego sum panis vivus* et in uno alterove textu, quem Sab. commemorat. VIII 46 *si veritatem dico, quare vos non creditis mihi* CA etcet. cum T; *si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi* V. IX 22 *si quis eum confiteretur Christum* CAT, . . . *confiteretur esse Christum* V, *Christum esse iam* Pal. XI 36 *ut et hic non moreretur* CAT; V et om. 49 *et Martham* V, non habent CAT, neque *Iesus*, quod dat V. 47 *hic homo* CAT, *hic sine homo* V. 49 *Caipha* CAT, *nomine* add. V. XII 7 *sine eam* CAC, *sinite eam* V. 25 *custodiet* CAT, V *custodit*. 40 *et intellegant* CAT, non interponit V. XIV 13 CAT *quodcumque petieritis*, V addit *Patrem*, contra Pal., Mon, Verc., Brix., Vindob., Erl., Dresd., Treverensem S. Max. etcet.; alii cum V; de necessitudine, quae inter 13 et 14 intercedit disserere huius loci non est; Veron. 14 praetermittit, 13 habet *quodcumque ab eo petieritis*. XV 6 *εάν μή τις μένη ἐν ἐμοί, ἐβλήθη ἔξω ὡς τὸ κλῆμα καὶ ἐξηράνθη, καὶ συνάγουσιν αὐτὸ καὶ εἰς τὸ πῦρ βάλλουσιν, καὶ καίεται*. C et A inter se de uno verbo non congruunt; C: *si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes et aruit et colligent eos et in ignem mittent et ardent*. A cum Fuldensi *mittunt*. V *arescet, eum* (pro eos) *mittent, et ardet*. Quodsi aliorum librorum discrepantiam, velut: *praeacisus est sicut palmes, proicitur foras sicut sarmenta, proiectus erit* etcet. spectas, quam persequi longum est, consensum, qui Cremifanensem inter et duos alios codices, Vindobonensem et Treverensem Aureum, existit singulasque continet litteras, notabis. 27 CA *testimonium perhibetis, μαρτυρεῖτε*; V *perhibebitis*. Pal: *testis estis*, Verc. Brix. alii *perhibetis*, Veron. etcet. *perhibebitis*, propter 26 *perhibebit μαρτυρήσει*. XVII 15 CA *serves eos ex malo, ἐκ τοῦ πονηροῦ*, V *a malo*. Iam ante Hieronymi tempora dubitabant, essetne illud an hoc praeferendum. Nam Mon. et Brix.: *conserves illos a maligno*, Pal. et Veron: *serves eos a malo*, alii *ex malo*; sic ex Hieronymianis Fuld., Vind., Erl., Treverensis uterque, Dresd. 25 *Pater iuste, et mundus te non cognovit* CAT; om. et V cum parte antiquissimorum ac recentiorum. XX 5 CA *videt βλέπει*; *vidit* V. Versiones utriusque aetatis fluctuant. 29 *quia vidisti me, Thoma* V; ceterae versiones vocativum omittunt. XXI 6 ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἰχθύων, *a multitudine piscium* CA cum multis Hieronymianis; *prae multitudine* elegantius V cum Pal. Vind. Verc. Veron. Brix. et parte recentiorum.

Propria Cremifanensis, si cum A confers, invenis multa; exempla selegi haec:

Matth. VI 25 *οὐχὶ ἡ ψυχὴ πλεῖόν ἐστιν τῆς τροφῆς καὶ τὸ σῶμα τοῦ ἐνδύματος*; C, Vind., Erl.: *et corpus quam vestimentum*; praeierant Mon. Verc. Corb. Brix., Hieronymiani quidam sequuntur; sed ex priore parte A repetit: *plus est; corpus p. e. quam v.*, V *plus sine est*. Recte Luc. XII 23 A cum C Vind. Erl. etcet.: *corpus quam v.*; Vulg. iterum: *plus quam vestimentum*.

VI 31 *τί πίνωμεν ἢ τί περιβαλώμεθα; quid bibemus aut quid operiemur?* Sic C Vind. Erl. cum antiquis Germ. Veron. Brix. et Foroiiul.; *quo operiemur?* A V; *quid* habuit Trev. meus, corrector autem delevit *i* et partem *d*, ut efficeret *o*.

VII 26 *ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ μωρῷ*; CVind. *adsimilabitur viro stulto, ut 24*; AV *similis erit* utroque loco

XI 26 *ἐγένετο εὐδοκία*, C cum Veron. Vind. Erl. *fuit bene placitum*; AV *fuit placitum* cum plurimis. Quoniam *δοκεῖν* saepe per se valet *placere*, illi suo iure vocabulum in aliis S. Scripturae partibus haud raro occurrens praeferunt.

XII 25 *πᾶσα βασιλεία . . . ἐρημοῦται καὶ πόλις . . . οὐ σταθήσεται.* C, Vind., Erl., Trev. meus *desolatur . . . stabit*, AV cum multis utrobique futurum habent, C quoque Luc. XI 17, ubi tamen Trev. meus *desolatur*.

XVI 20 *ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός, quia ipse esset Christus* C Vind. Erl. cum Germ. Pal. Verc. Veron. Corb. (complures: *est*); AV *Iesus Christus*. Nomen Iesu non reticendum erat; se Christum esse omnibus iam innotescere noluit Dominus.

XVII 17 *ἐπειμήσεν αὐτῶν, increpavit ei* C Vind., AV *eum*. Cum illis Germ. Foroiul. — Eadem structura XIX 13: *increpabant eis* C Vind., Germ., Foroiul.; sed frustra inspicis Monacensem, Vercellensem, Veronensem, Corbeinsem, Brixianum, quibus intolerabile visum est, discipulos increpasse sive parvulis sive parvulos; immo mitigant: *prohibebant eos*, quamquam evangelista idem *ἐπιτιμῶν* verbum admisit; Domini illud *nolite eos prohibere* ad superiorem versum retorserunt; XVII 17 iidem cum AV. — XX 31 *turba increpabat eis* C Rehd. Foroiul.; Vindob. ex *i* fecit *o*. — Luc. IV 35, XVIII 39, XIX 39 C Vind. item accusativum habent, primo et tertio loco Foroiuliensis quoque; XVIII 15 Erl. *illos* ex *illis* fecit; C Vind. *illos*. A Luc. IV 35 dat. utitur; Marc. VIII 32 acc. omnes.

XVII 20 *οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ, non eicitur nisi in oratione* C; *per orationem* AV cum antiquorum maxima parte et recentioribus; in Brixianus. Sed. Marc. IX 28 *ἐν οὐδενὶ δύναιται ἐξελεῖν εἰ μὴ ἐν προσευχῇ*, omnes: *in nullo potest exire nisi in . . .*, ubi difficultas prius *ἐν* evitandi causa fuit, cur alterum servaretur.

XVIII 17 *ἐὰν δὲ καὶ τῆς ἐκκλησίας παρακούσῃ, si autem ecclesiae non audierit* C graecissat cum Erl.; *ecclesiam* AV etcet. Quamquam propter praecedens: *dic ecclesiae* librarius errare potuit.

XIX 12 *καὶ εἰσιν εὐνοῦχοι, οἵτινες εὐνούχισαν ἑαυτοὺς.* C, Vind. ac Trev. meus: *qui se ipsos eunuchizaverunt* Verbum ex Sangallensi et Rehdigerano, item ex Hieron. adv. Iov. I 7 citat Roensch, *Itala und Vulgata* 248. Accedit Verc.; quamdiu vero antiquissima quaedam in libris resederint, vide in Monasteriensi, vergente saeculo XIV exarato, qui inscriptus est: *Liber domus sancti Martini episcopi in Wesalia inferiori, quem dedit fratribus dilectus pater dominus Henricus Ahues quando primo misit eos Wesaliam.* — Saepius verbum inveniri concludo ex capitulatione Berol. apud Dobschuetz, *Studien zur Textkritik der Vulgata*, p. 53 sub LII. — In Erlangensi autem est *eunuchaverunt*, quod nisi ex Varrone apud Nonium nondum innotuit.

XXI 30 *καὶ οὐκ ἀπῆλθεν, C Vind. Erl. et non abiit*; sic etiam Corb. et Treverensis meus; AV etcet. *et non ivit* vel *non ibit* vel *non iit*, licet 29 *μεταμεληθεὶς ἀπῆλθεν* omnes vertant: *poenitentia motus abiit*.

XXI 31 *προάγουσιν ὑμᾶς, praecedunt vos* C Vind. Mon. Germ. Dresd., Trev. meus etcet., *praecedent vos* AV, alii.

XXIV 36 *οὐδὲ ὁ υἱός, εἰ μὴ ὁ πατὴρ μόνος, neque filius nisi Pater solus* C Vind. Pal. Mon. Verc. Corb. Veron. Brix.; *neque filius* omittunt VA cum Germ. Rehd. etcet. Facile mihi persuadet Tischend., Irenaeum ea verba apud Matthaeum pariter atque apud Marcum invenisse, siquidem libri Marci omnes etiamnunc ea tuentur.

XXV 14 *ἄνθρωπος ἀποδημῶν, homo proficiscens* C Vind.; antiquiores, nisi deficient (Pal. Verc.), et recentiores fere omnes inserunt medium *peregre*, sed Foroiul. stat a C Vind.; in Germanensi inter *homo* et *proficiscens* erasae sunt duae litterae *pe*; fortasse scriptor in exemplo suo invenerat *peregre*, quod collato textu graeco sensit abundare.

XXVI 61 *δύναμαι καταλῦσαι . . . καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομῆσαι.* C Vind.: *possum destruere . . . et in triduum aedificare*; Verc.: *. . . et in tribus diebus aedificare*; Mon.: *. . . et in triduo reaedificabo*; A: *et post triduum aedificare*; V: *et post triduum reaedificare*.

XXVIII 7 ἠγγέθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν; *surrexit a mortuis* C Vind. Mon. Foroiul.; A V et alii multi *a mortuis* omittunt cum graecis quibusdam. Sed XXVII 3 offendit, quod *poenitentia ductus* desideratur in C et Vind.; fortasse scriptor veritus est Iudae eam attribuere; venit in mentem execrationum, quae in epitaphiis leguntur: *partem suam habeat cum Iuda traditore, qui hoc sepulcrum violaverit.*

Marc. I 5 C Vind.: *egrediebantur ad eum (illum Vind.) omnis Iudaea regio et Hierosolymitae;* T A V singulari *egrediebatur, ἐξεπορεύετο*, sed pluralis in fontibus ac testimoniis habet quo defendatur. *Iudaeae* A V; *πᾶσα ἡ Ἰουδαία χώρα.* Veronensis cum C Vind. facit.

III 7 πολὺ πλῆθος . . ἠκολούθησαν, *multa turba . . secutae sunt cum* C Vind.; A V grammaticae: *secuta est.* Rehdig: *multae turbae secutae sunt.* Veronensis contrahit 7 et 8: *multa turba a Iudaea et Galilaea et ab Hierosolymis . . . et a Sidone sequebantur illum.*

V 15 σωφρονοῦντα τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγιῶνα C V, *sanae mentis qui habuerat legionem;* verba haec tria absunt a V A

VII 37. Καλῶς πάντα πεποίηκεν. καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. C Vind.: *Bene omnia fecit; et surdos facit audire* V A bis *fecit.* Treverensis meus habuit altero loco *facit*, sed corrector a mutavit in *e*; Rehd. bis *facit*; Verc. et Brix. cum C, similiter Veron.: *Bene omnia fecit et surdis praestat auditum.* Sed cum V A iam Monacensis.

XII 37 ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως; C Vind.: *multa turba eum libenter audiebat.* A V *audivit* cum Rehd., fragm. Pragensi; Bobiensis (Old-biblical texts): *audiebat*, corrector litteram *t* expunxit; Monacensis item *audiebat.*

XIV 31 εἰάν με δεῖ συναποθανεῖν σοι. C Vind.: *Et si oportuerit me commori tibi;* Verc. Brix Erlang.: *me mori tecum;* Bob.: *me commori tecum;* Monac.: *me simul commorire tecum;* Prag., Rehd., A et recentiores, qui praesto sunt, cum V: *me simul commori tibi.*

XIV 85 προσήχετο ἵνα εἰ δυνατὸν ἔσται παρελθῆ . . ἡ ὥρα C Vind.: *orabat, ut si fieri potest, transiret . . hora;* A V *si fieri posset;* cum C: Mon. Bob. Verc.; cum A V: Prag. Brix Rehd.; sed Erl.: *si fieri possit.*

XIV 49 ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί; *ut adimpleretur scriptura* C Vind. Erl., *adimpleantur vel impleantur scripturae* V A cum antiquis et recentioribus.

XV 12. Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα; C Vind.: *quid ergo vultis faciam regem?* A V *regi;* Rehd. *reg(em)*, corrector hanc syllabam uncis inclusit et superscripsit *i*; Verc. *regem;* cum A V Bob. Prag., recentiores fere omnes. Sed Matth. XXVII 22. Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; C cum V et A et recentioribus: *Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus?* Ubi Verc. Veron. Mon.: *Quid ergo faciemus (faciamus Verc.) Iesum,* Corb Brix. alii iam: *de Iesu.*

XV 16 ἀπάγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς T in textu; alii libri apud eundem: *ἔσω εἰς τὴν αὐλήν.* C, Vind., Bob., Prag., Treverenses, Erl., Dresd.: *duxerunt eum intro in atrium praetorii;* V et A *intro* omittunt; Rehd. item, scribit: *in atrio.*

Luc. I 29 C, Vind., Treverensis meus, Rehd., ex antiquioribus Pal. Verc. Veron. Corb. Brix.: *cum vidisset* vel *ut vidit;* A V cum Foroiul. et multis: *cum audisset.* Nonnulli scriptores senserunt, visionem et auditum: *turbata est in sermone eius* non facile consociari ideoque sic vertunt: *ipsa autem ut vidit, mota est in introitu eius;* C, Vind., Trev. meus, Brix. aliter: *cum vidisset, turbata est in sermone eius;* simplicius igitur A V etcet.: *cum audisset, turbata est in sermone eius.* De graeco textu, certe de ratione, quae inter eum et complures versiones intercedit, non liquet; hoc tantum constat, Cremifanensi subesse: *Ἡ δὲ ἰδοῦσα διαταραχῆ ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ;* num in ullo libro extet: *Ἡ δὲ ἀκούσασα,* quod postulant A V, nescio.

IV 10 τοῦ διαφυλάξαι σε; *ut custodiant te* C Vind. Erl. cum Vercellensi; ceteri cum V A liberius: *conservent*.

VI 13 προσεφώνησεν τοὺς μαθητὰς, *vocavit ad se discipulos* C, Vind., fragmentum Norimbergense, quod in part. I pag. 4 publici iuris feci; Veron. Mon. Rehd.; omittunt *ad se* A V Pal. alii; nonnulli graeci ἐφώνησεν vel ὀνόμασεν vel ἐκάλεσεν.

VIII 42 οἱ ὄχλοι συνέπιγον αὐτόν, A V *a turbis comprimebatur* cum Brix., Foroiul., fragmento Perusino apud Blanchin. II, *premebat eum populus* Mon. Veron.; cum vero premere non plane idem sit quod *συμπιγέειν*, Vercellensis explicatius: *a turbis sic comprimebatur, ut suffocarent eum*; quod repetunt Rehd. et Cremifanensis cum Vindobonensi; hi tamen duo post *comprimebatur* inserunt *ita*. Recentiores nihil eiusmodi habent.

XII 1 προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν Φαρισαίων, ἣτις ἐστὶν ὑπόκρισις. Recte igitur C Vind. Norimb. Erl.: *attendite a fermento Pharisaeorum, quae est hypocrisis*. Sic etiam Monac. Veron. Foroiul. Rehd.; *a fermento, quae est fictio Pharisaeorum* Pal.; attractionem ignorant V A, Verc., Brix., Perus. et recentiores; dant enim ad unum omnes: *quod est hypocrisis*. — Quaeret fortasse quispiam, quid Latini fecerint de singulari et plurali XV 26 ἐπινθάνετο τί εἶη ταῦτα. V religiose: *interrogavit, quid haec essent*. Religiosissime in ordine quoque verborum tenendo Verc.: *interrogavit, quidnam essent haec*; Pal.: *quaerebat, quidnam esset*; Brix.: *quidnam hoc esset*; Rehd.: *quae essent haec*. Veron.: *quaenam haec essent*; Mon., C, A, Vind., Erl., Treverenses, Dresdensis etcet.: *quae haec essent*.

XII 47, 48 δαρήσεται πολλάς, ὀλίγας, scilicet πλήγας; *vapulabit multas, paucas*, scil. *plagas* Rehd. et Trev. meus; *multum, paucis* Mon. et Pal.; *paucas* Veron.; v. 47 evanuit, id quod in Vercellensi etiam v. 48 accidit; V, A, Brix., Foroiul. et recentiores aliquot: *multis, paucis*, perinde ac si diceretur: *multis plagis, paucis plagis percutietur*; C, Vind., Norimb. partem priorem antiquae dictionis servaverunt in 47 *multas*, desciscunt in 48: *paucis*.

XIII 15. Ἀπεκρίθη . . καὶ εἶπεν. C, Vind., Norimb., Erl., Rehd., Trev. meus, Dresd. cum Veron.: *respondit . . et dixit*; V: *respondens . . dixit*. Quod cum iam Verc. praebet, proclive est coniciere, extitisse lectionem: *ἀποκριθεὶς . . εἶπεν*. Inepte A: *Respondens autem ad illum et dixit*. Ceterum *ἀποκριθεὶς* praecessit in v. 14.

XIV 21 ἀπήγγειλεν; C, Vind. cum Pal. Verc.: *renuntiavit*; *nuntiavit* A V cum Mon. Verc. Brix. Rehd. et recentioribus.

XIV 31 τίς βασιλεύς . . . οὐχὶ βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν ἀπαντῆσαι; C Vind. Brix. Rehd.: *non . . . cogitat, si potest occurrere?* Pal. Verc.: *si potens est occurrere*; A V, Foroiul., recentiores: *si possit*.

XVII 35. In C et Erl. recentior manus infra textum scripsit: *duo in agro: unus assumetur, et alter relinquetur*; V A etcet. habent in textu. Provenit additamentum ex Matth. XXIV, nec vero intrusum est in optimos libros graecos.

XVIII 12 ἀποδεκατεύω πάντα ὅσα κτώμαι. V A: *decimas do omnium, quae possideo*; sed C et Vind.: *omnium quaecumque possideo* accuratius cum Verc. et Corb.; (in Mon.: *decimas do omnibus quaecumque possideo, de post do* excidit). Nihilominus v. 22 cuncti: *omnia quaecumque habes; πάντα ὅσα ἔχεις*.

XIX 30. Ὑπάγετε εἰς . . . κώμην, ἐν ἣ ἐισπορευόμενοι. C, Vind., Norimb.: *Ite in castellum, in quo introeuntes* cum Mon. et Brix.; *in quo ingredientes* Verc.; *in quo cum introieritis* Pal.; *in quod introeuntes* A V. Subsequuntur autem verba, quae dativum graecum, ablativum latinum defendant: *εὐρήσετε πῶλον, invenietis pullum*.

XXI 12 ἀγομένους ἐπὶ βασιλεῖς. C, Vind., Norimb.: *tractos ad reges*; in Erlangensi quoque *tractos* fuit, sed corrector fecit *trahentes*. Cum vero activam participii formam et nominativum in Tischendorffii apparatu graeco non deprehendam, non assequor qui factum sit, ut versiones plerumque darent participium praesentis: *ducentes ad reges* Mon., Brix., Rehd.; *abducentes* Pal.; *tradentes* Amiatini, quod iteratum est ex superiore membro, non in censum venit; V autem et permulti libri *trahentes*. Respondent quidem inter se *tradentes* . . . *trahentes* . . . , sed quia *παραδιδόντες* . . . ἀγομένους participia non respondent, vix dubito, quin alius textus graecus subiectus fuerit. *Ducentur* et *ducemini* alii.

XXII 20 τοῦτο τὸ ποτήριον ἢ καινὴ διαθήκη. C, Vind., Erl.: *hic calix novum testamentum; hic est calix* . . . A V cum Mon.; etiam Gat. apud Blanch., alii apud Sabat. — In quibus libris haec verba desint et cur desint, hic non quaerimus. — 55 συναθροισάντων ἐκάθητο. C Vind.: *circumsedentibus illis sedebat*; V cum A ultimo loco: *erat*. Antiquiores autem sine ulla exceptione: *sedebat*.

XXIII 11 Ἐξουθενήσας δὲ αὐτὸν . . . καὶ ἐμπαίξας, περιβαλὼν ἐσθῆτα . . . C, Vind., Erl.: *Cum autem sprevisset eum . . . et inlusisset, induens eum veste*; Verc.: *Spernens autem illum . . . et delusum induens veste*. Gravius aliae versiones: *Sprevit autem illum . . . et inludit et indutum illum veste* . . . Veron., Pal., Mon; a quibus prope abest A cum V, omisso tantum altero *illum*. Videmus autem C, Vind., Erl., Verc. elaborasse, ut ipsum evangelistam lecturis repraesentarent.

XXIV 38 τί τεταραγμένοι ἐστέ, καὶ διατὶ διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσιν . . . C Vind.: *quid turbat; estis et quare cogitationes ascendunt* . . . A V omittunt *quare*; habent Verc. Veron. Brix. Pal. Rehd. — 43 καὶ λαβὼν ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν. C Vind. Erl.: *Et accipiens manducavit coram ipsis*. A V: *Et cum manducasset coram eis*.

Ioh. I 4 Ἐν αὐτῷ ζωὴ ἐστίν, καὶ ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς. C Erl. cum Brix. et Forojuul.: *In ipso vita est, et vita erat lux*; Mon. Veron.: *In eo vita est*. Pal: *In illo vita est*. Graeci inferiores: *ζωὴ ἦν*. Vulgata cum A et recentioribus: *In ipso vita erat*.

I 31 ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραήλ. Versiones in tres partes discedunt. Dativum tenent et declinatione indicant: *ut manifestaretur Istraheli* Veron., *Israeli* Brix., *ut manifestetur plebi Israhel* Cor.; non indicant: *ut manifestetur Israel* C Vind. Norimb. Erl. Forojuul. . . Ablativum cum praepositione adhibent non solum Vulgata, Amiatinus et recentiores, sed etiam Pal. Mon. Verc.: *in Istrahel, in Israel*.

IV 52 Ἐπύθετο τὴν ὥραν, ἐν ἣ κομψότερον ἔσχεν. C, Vindob., Trev. S. Max.: *interrogabat horam, in qua melius habuerat*. Antiquiores quoque indicativum tenent: *habuit*. A V et recentiores latine: *habuerit*.

V 32 ἀληθὴς ἐστίν ἡ μαρτυρία ἣν μαρτυρεῖ. C Vind.: *verum est testimonium, quod testatur*; Mon. et Veron.: *quod testificatur*; A V cum Brix. Corb. Forojuul. et recentioribus multis: *quod perhibet*; Pal.: *quod reddidit*. — 45 μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω; C Vind. Erl. Verc. Forojuul.: *nolite putare, quia ego accusaturus sum*; *sim* AV et recentiores; *accuso* Pal. Rehd.; *accusabo* Veron. Mon. Brix.

VIII 3 στήσαντες αὐτήν ἐν μέσῳ λέγουσιν, alii εἶπον. C Vind.: *statuentes eam in medio dixerunt*. Pal.: *cum statuissent eam in medio, dixerunt* Corb.: *quam cum statuissent in medio, dixerunt*. A V et recentiores codices: *statuerunt eam . . . et dixerunt*. Non habent versiculos 1—11 Mon. Verc. Veron. Brix., neque antiqui nonnulli graeci; defectus causa nota est.

IX 3 ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα. Locus est ex iis, de quibus ambigebant interpretes, qui et verba et litteras non tam conservabant quam custodiebant. Singularem verbi et pluralem nominis tenent C Vind. cum Mon.: *ut manifestaretur opera*, item Erl. cum Pal. Verc. Veron. Brix.: *ut manifestetur opera*. Pluralem exhibet V: *ut manifestentur opera*, cum Rehd. Forojuul. et aliquot recentioribus; singularem A: *ut manifestetur opus*.

X 6 οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς. C Vind. Erl. Rehd.: *non cognoverunt, quid loquebatur eis; quod loquebatur Veron.; quod locutus est Pal. Ver.; quid loqueretur latine V cum A et recentioribus multis.* Brevior, quam qui hodie est, textus graecus videtur subesse: *τί ἐλάλει.*

9 νομὴν εὐρήσει. C Vind.: *pascuam inveniet.* Deficit Mon.; Pal. Ver. Brix. Foroiul Amiat. recentiores cum Vulgata: *pascua inveniet.* Perperam; haberent plures libri *pascuam*, si Evangelia saepius haberent *νομὴν*. Constat quidem, *pascuum* eiusque pluralem profanis scriptoribus magis usitatum fuisse, sed minime infrequens fuit singularis *pascua*; *in loco pascuae me collocavit, nos oves pascuae tuae, nos populus pascuae eius* etcet.

XVI 2 πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς. C, Erl. Brix. Veron.: *omnis, qui interfecerit vos*; Pal. Mon. Vere.: *occiderit vos* vel *vos occiderit*; A V cum recentioribus: *interficet vos.*

XVI 13 librorum ut graecorum ita latinorum magna est dissensio: *ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν* ea videtur lectio, a qua Cremifanensis cum Vindobonensi profectus sit: *docebit vos in omnem veritatem*; in Erlangensi *in erasum*, nisi fallor. Locum vero poteram supra pag. 11 afferre, quoniam Amiatinus quoque sic vertit. Quamquam non omnis mihi scrupulus ex animo exemptus est, utrum simplex aliqua lectio genuinaque versio subsit, an verborum *docere* et *ducere* pervetusta quaedam confusio, qua orta demum terminatio *-ebit*, quippe quae docendi verbo deberetur, formata sit. Potuit alicui quod XIV 26 de eodem Paracleto praedicatur: *vos docebit omnia* (*ὑμᾶς διδάξει πάντα*) obversari ita, ut diversitatis graeci utriusque loci textus immemor alterum imprudens corrumpere. Utut vero res se habet, Vulgata: *docebit vos omnem veritatem*, praepositione *in* non recepta, a nullo vituperabitur, cum praesertim multi codices, velut Foroiuliensis, eam praebeant praeberintque alii iam S. Augustini temporibus; laudantur autem ceterae antiquiorum interpretum translationes: *deducet vos in omnem veritatem*; *inducet vos*; *introducet vos*; *diriget vos*; *praebit vos*. Recte Sabaterius ad locum nos commonefacit, etiamnunc in oratione infra octavam Pentecostes legi: *Mentes nostras Paracletus inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem.*

XX 9 οὐδέπω γὰρ ᾔδεισαν (alii libri ᾔδει) τὴν γραφὴν, ὅτι δεῖ αὐτὸν . . . ἀναστῆναι. C Vind. cum Pal. Veron. Corb. Brix.: *Nondum enim sciebant (vel sciebat) scripturam, quia oportet eum . . . resurgere*; Mon. Vere.: *quod oportet.* V cum recentioribus aliquot: *oportebat.* A: *oporteret.* — 15 δοκοῦσα ὅτι ὁ κηπουρός ἐστιν; C Vind.: *aestimans, quia hortulanus est* cum Veron.; A V Brix. Treverenses etcet. *existimans quia h. esset.* Sed distinguunt, qui *esset* scribunt, rem veram ab opinione. Nam v. 14 omnes: *non sciebat, quia Iesus est.*

XXI 7. Σίμων οὖν Πέτρος. C Vindob. cum Veron.: *Simon itaque Petrus*; Pal. Mon.: *Simon ergo Petrus*; Brix.: *Simon vero Petrus.* Omittunt particulam A V et recentiores codices; praeierat Vercellensis. Nobis ne tales quidem minutiae neglegendae videntur, ut quae documento sint, quam religiose ac curiose Cremifanensis insistat vestigiis textus graeci S. Scripturae.

Summa eorum, quae in particula III commentationis disputavimus, haec est:

1. de collocatione verborum Cremifanensem cum Amiatino Ceolfridi et utrumque cum textu graeco multis locis contra Vulgatam consentire (pag. 3—6);
2. nonnunquam vero Cremifanensem contra Amiatinum et Vulgatam ordinem verborum graeci textus exprimere, a quo A et V pariter recedant (pag. 6—7);
3. alia, quae non ad consecutionem verborum pertineant, C cum A, non cum V, communia habere multa (7—11);
4. nonnulla autem C, si cum A et V eum conferas, esse propria eaque bonae frugis plena.

Particula IV enarrationem absolvet.

Pag. 7 in linea paenultima emendes sic: *alligate ea fasciculos.* Inde sursum ad sextam: *omittit.*
Pag. 8 lin. 3: Matth. XVI 9

LECTIONES.

A. ORDINIS THEOLOGORUM.

Dr. Jul. Marquardt, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. Theologiae moralis partem specialem tradere perget quinques hebd. hora XI.
- II. Pauca de Patrologia praefatus vitas et opera Patrum apostolicorum explicabit semel hebd. hora XI.
- III. Repetitiones et disputationes de selectis ethices christianae capitibus instituet semel hebd. hora def.

Dr. Henr. Oswald, P. P. O.

- I. Doctrinae de sacramentis primam partem exponet quater hebd. hora X.
- II. Repetitiones examinandi et disputandi causa instituet semel hebd. die Sabbathi hora X.

Dr. Franc. Dittrich, P. P. O.

- I. Historiam primaevae ecclesiae enarrabit sexies hebd. hora IX.
- II. Jus canonicum tradet bis hebd. horis deff.
- III. De arte christiana disseret semel hebd. hora def.

Dr. Hugo Weiss, P. P. O.

- I. Antiquitates sacras Hebraeorum tradet bis hebd. horis deff.
- II. Vaticinia Iesajae prophetae interpretabitur bis hebd. hora VIII.
- III. S. Pauli primam epistolam ad Corinthios necnon epistolas quas dicunt pastorales explicabit ter hebd. hora VIII.
- IV. Repetitiones exegeticas instituet horis deff.

Dr. Ant. Kranich, P. P. O.

- I. Encyclopaediam theologicam docebit semel hebd. hora def.
- II. Apologetices alteram partem tradet bis hebd. horis deff.
- III. Doctrinam dogmaticam de Deo creatore ad finem perducet et deinceps Christologiam explicabit ter vel quater hebd. horis deff.



B. ORDINIS PHILOSOPHORUM.

Dr. Franc. Niedenzu, P. P. O., h. t. Decanus.

- I. Botanicen generalem tradet ter hebdomade.
- II. Exercitationes anatomico-botanicas microscopio instituet semel hebdomade.
- III. De mineralogicis disseret semel hebdomade.
- IV. Elementa astronomiae et geographiae mathematicae docebit semel hebdomade.

Dr. Wilh. Weissbrodt, P. P. O.

- I. Inscriptiones christianas aliaque monumenta christiana tractabit bis hebdomade hora IX.
- II. De arte antiqua disseret bis hebdomade hora IX.
- III. S. Augustini Confessiones cum commilitonibus leget bis hebdomade hora IX.

Dr. Jos. Krause, P. P. O.


- I. Psychologiam tradet bis hebdomade hora X.
- II. Metaphysicam docebit ter hebdomade hora X.
- III. Paedagogicam explanabit bis hebdomade.

Dr. Victor Röhrich, P. P. O.

- I. Historiam Warmiensem tradere perget bis hebdomade hora XI.
- II. Historiam recentioris aetatis inde ab anno 1815 usque ad haec nostra tempora enarrabit bis hebdomade hora XI.
- III. Ethnographiae capita selecta docebit semel hebdomade hora XI.

Publica doctrinae subsidia.

- I. Bibliotheca, cui praest **Prof. Dr. Weiss**, commilitonibus patebit diebus Martis et Veneris hora II—III.
- II. Apparatum arti christianae inservientem custodit **Prof. Dr. Dittrich**.
- III. Sculpturarum veterum imagines gypseas custodit **Prof. Dr. Weissbrodt**.
- IV. Instrumenta collectionesque, quae ad physicam, mathematicam, astronomiam et historiae naturalis disciplinas pertinent, asservat nec non horto botanico praest **Prof. Dr. Niedenzu**.



03824